

AUXILIANTE SUPREMO UNO!
DE
STELLIS CADEN-
TIBUS,

SPECIMEN ACADEMICUM,

Quod

Indulgente & adprobante,

AMPLISS: FACULTATE PHILOSOPHICA,

In Celeberrima ac Regia Academia
Aboënsi,

PRÆSIDE,

Amplissimo & Celeberrimo,

DN. M. PETRO HAHN,

Scientiæ Naturalis Professore & Bibliothecario Regio
& Ordinario, Præceptore ac Promotore suo
jugiter honorando,

Placide bonorum censuræ modestè submittit

ANDREAS UNNERUS,

Wezonia Svecus.

Ad diem 29 Octobris Anni à partu virginico

M.DC.LXCVIII.

Horis ab octava antemeridianis.

IMPRESS: APUD JOHANNEM LAURENT, WALLIUM.

Exemplari gemino
Præclarissimæ Fortunæ ac Nobilitatis
Nec non expectationis ulterioris auspiciatissimæ
Scilicet

DN. JOANNI
HENNINGIO
Gronhiort
ET
DN. JOHANNI
Federsterna

His inquam illustris Juventutis luminaribus,
Parentum solatiis, Natorum deliciis, familia-
rum spei, virtutum corollis, Musarum Corculis,
Patriæ flosculis,
In
Solidum ac sincerum

Ves.

Venerabundæ gratissimæque mentis pignus,

Ob beneficia

Plurima, summa sua

&

Magnorum parentum in me

Collata & collocata;

Inque

Humilis obsequii gratæque memoriæ tesseram,

Et

Spem certissimam amplioris favoris

Firmissimamque amoris gratiæque novæ con-
ciliationem;

Nil sane ut

Sibi promereri possit

Hoc tam levidensi munere

Sed animi venerationis pleni imperu-

Juxta dignam laudum & beneficiorum com-
memorationem,

Calidis & pro vita & incolumente suspiriis

Sinceraque prosperitatis adprecatione,

Exercitium hoc Academicum

Imputare voluit.

ANDREAS UNNERUS.

Plurimum Reverendo ac Praclarissimo
VIRO,

DN. MAG. SAMUELI
UNNERO,

Pastori Ecclesiarum, quæ DEO
in Rydaholm & Giällaryd colliguntur longe
meritissimo, Parenti suo ut propensissimo, ita
ex intimo cordis zelo honorando & pia obser-
vantia ad extremum usque vitæ halitum
prosequendo.

SALUTEM & ANNOS!

 aud din apud me dubitatum est, CARISSIME
PARENTS, cui ulterius & potissimum Exer-
citium præsens Academicum devoverem;
Ipsa namque pietas extremplo, ut ubicunq;
terrarum sim, aut qvascunque demum
tractem literas grata mente Nominis Tui indulgentissime
PARENTS recordarer, jussit : cuius mentis ex eo fere tem-
pore, quo primum ratione frui mihi contigit, testem pu-
bli.

blicum quæsivi nunquam tamen prius offerri vides est
æque commodus, ac nunc demum, dum STELLÆ hæ, pinguis
licet Minerva, a memet adumbratæ censuræ Academicæ
exponuntur : Tibi itaque dilecte PARENTES, & existimatio-
ni meæ facile injurius, imo & DEO ipsi ingratus esse
viderer, si occasionem Tuæ recordationis & mei officii
abjicerem. Qvod facerem, ni Tibi Genitor Amande fœ-
tum hunc meum primum Academicum non darem, sed po-
tius redderem, cum Tuum sit qvodcunque datum molior,
vel præsertim, cum non dum aliud mihi sit, quo pietatem
meam dem testaram: Neque juxta adeo sum vanus, ut velim
Te PATER dulcissime, has incondiras STELLAS, hæc cruda
mea studia, ullius redhostimenti loco accipere: sed sufficiat
modo hac occasione animi mei devotionem in medium
dare & Tibi immensas habere grates, quod maxime studiis
bonarum & teneris artium dare operam mihi concessisti.
Qva propter cape hoc qualecunque munus in mei obsequiis
pignus & certi officii tesseram, ac pro certo in animum
statue, nunquam hoc, usque ad spiritus hos regere artus
desinat, a me intermittendum fore. Vive denique Eccle-
siarum Rydaholmensis & Giellarydensis Pastor; vive fa-
miliæ totius decus; Vive domus nostræ Pater; Vive in-
qvam Deo Carus, Ecclesiæ Clarus, nobis Commodus, diu-
tissime! felicissime! ceu Cœlum supplici voce veneratur
totoqve pectore votet.

PL. REVER. DN. PASTORIS,
PATRIS SUI CARISSIMI

ad cineres usque obsequentis
simus Filius

A. U.

*Pl. Reverendo, per quam Reverendis, Reber: atq; Doctissimis,
spectatissimis ac Prudentissimis Dominis,*

DN. ANDREÆ INGERMANI Ecclesia-
rum quæ DEO in Glöteryd & Traeryd colliguntur longe meri-
tissimo, nec non districtus Sönerboënum Präposito gravissimo,
patruo suo carissimo & Evergetæ magno, quovis honoris cultu
perpetim suspicioendo.

DN. M. BENEDICTO LITTORIN, Pastori
in Elunga & Hambna vigilantissimo, Adfini & Benefactori suo
propensissimo, quovis officiorum genere etatem prosequendo.

DN. M JACOBO Hößling/ Legionis Eqves-
tris Junecop: Pastori vigilantissimo, Fautori & Evergetæ grata-
mente honorando.

DN. LAURENTIO TORPENSI, Pastori Ec-
clesiae quæ DEO in Vörskinge colligitur longe meritissimo, nec non
Pastori in Forscheda & Breahryd designato, Avunculo suo sincera-
mente venerando.

DN. JOHANNI Delffendahl/ Legionis Eqvestris
ad Aboam Chirурgo sat inclyto, Patrono suo multis nominibus
honorando.

DN. ANDREÆ PAVIO, Pastori in Hestra
& Gryteryd meritissimo, ut nuper naturali per conjugium ne-
cessitatis vinculo conjunctissimo, ita quovis honoris officio per-
petim prosequendo.

DN. JOANNI Schiele/ Civi & Mercatori
Aboënsi perindustria, Benefactori suo nunquam non honorando.

DN. JOANNI Jobb/ Civi & Mercatori iti-
dem Aboënsi percelebri, Fautori & amico suo optimo.

FELICIA QVÆVIS ET OFFICIA !!!

N more est Patroni optimi, institutoque majo-
rum comprobatum, ut ipsi qui ad officinam de-
sudant quandam, fructum sui suorumque ope-
rum apud illos, quorum patrocinio auxilio &
auspicio res geritur, deponant; Ita & in officina literaria
laborantes, literaria & chartacea munera offerre bonora-
tioribus solent; ut vel scriptis ipsis gratiam aliquam &
splendorem concilient, vel ut rationem studiorum, quibus
& Natura arcto necessitatis vinculo constringi voluit, & in-
ipsis, quorum favori se totos commendatos esse volunt, redi-
dant. Nec absque consilio sit; cum vix ullus tam immo-
dicus rerum suarum estimator esse possit, qui sua propria
luce se radiare satis credat; Quin potius minimam a
Magnis lucis particulam fenerari gestiat. Ne miremini i-
gitur vel iniquo animo feratis, Euergetæ optimi, Patrue,
ad finis, avuncule, Fautores propensissimi, quod nominini-
bus Vestris opellam hanc ornaverim, eique splendorem, quem
in se habet omnino nullum a splendida Nominum Vestro-
rum luce, sim mutuatus; fecit hoc sincera Vestri esti-
matio, ingensque ille ab altera parte favor, quo me ab ipsis
eunis amplexi es sis, expressit insignis ille amor, quo me es sis
prosecutus, fecit & hoc memoria beneficiorum, quæ tot tanta-
que fuere ut illorum si immemor essem, haud vobis imme-
rito quod est in proverbio cuculus viderer ingratus. Malim
autem ad Vestrorum in me meritorum Conscientiam pro-

vocare, se apud me potius cogitare, quo possim majori ac
meliori indies documento gratam ipsorum exhibere memoriam,
quam superficiariam (qui per modum Epistole aliter fiat)
eorum repetitionem instituere. Hoc unum agite, Patrue,
adfinis, Avuncule, Promotores maximi, amandi, co-
lendi, quod & nunc vos etiam atque etiam rogatum venio,
ut gratiam verbis relatam pro opere, animum pro facto ac-
cipiatis & quemadmodum hoc me vobis debere censui; vos
quoque serena ac benevolia fronte, voluntatem, que in ma-
gnis satis est, excipiatis. Quod si persenserò nunquam
non beneficia preceibus compensabo rogaturus velit omnipo-
tens DEUS administrationibus vestris adesse, ac vitam
ad ultimum longam concedere, crescente sic sui Nominis &
Ecclesie splendore, vigente patria, florescente familia quod zo-
nist & Cernuus precatur

Pl. Reverendi Præpositi,

Perqvam Reverendorum & Clarissimorum,
nec non
Spectatiss: ac Prudentiss: Nomina ut Vestrorum

ad fata usque officiosissimus
cultur

A. UNNERUS.
Auct: & Resp:



AD LECTOREM.



Iribilium atque suspendarum esse vi-
rium, duos mundi illos oculos, do-
ctorum pariter ac indoctorum loquun-
tur voces; Alius etenim singulis die-
bus & annis, oritur atque occidit, ad-
scendit atque descendit; lumen adhuc
ministrat rebus, & varias coloris pi-
cturas ostendit; cœli quoque discutit
tristitiam, & lumine suo cuncta serenat; Quid imo, quotan-
nis semel Zodiacum pertransit liberrime, & motu suo dierum
noctiumq[ue] vicissitudines, nec non anni tempora quatuor efficit.
En quā magna, magno! nec parva, parvo luminari, à DEO
glorioso, concessa est virtus! Alter item ut liberrimo cursu,
ita & celerrimo, in anno duodecies, Zodiacum pervolvit, iterum
absolvit suum; & varius cuius postus, varium maris parit
estum; quo etiam crescente, non solum maria, sed & medulla,
cerebella, humores in animalibus crescunt, decrecentem vero,
decrescunt, & non lege patiuntur detrimentum. Horum ille o-
culorum circuitus, quid denique? nisi grata præbet mortalibus
spectacula, que bodierna summo nisu quarit curiositas &

A

emit

emit argento: ast vel in sole & lunâ habet, quod querat, quod pretiò
emiat. Suo nec de Throno, reliqua detrudit sidera Clarissimus scientie

(a) naturalis scrutator (a) Plinius, à mortalibus cum voluit occultum
Lib. 2. eorum conspici pactum, cui nec rerum magistro reclamat experien-
cap. 38. tia: Qvorum nonne tenere corporum virtutes, sicutissimum animi
pabulum, veraque mentis perfectio foret? Qvod dum naturæ, se-
cretæ perpenitiat estimatione, scrutator, non potest non valde
mirari, & suam, in physicis quoque rebus, ignorantiam fateri,
& heu! quam sordent cunctæ terrestria, coelestia cum respicia-
mus, confiteri. Quæ mihi quidem tristinanti contingit confessio,
nihilominus tamen placuit, circa hoc æquè pulcrum ac difficile,

De STELLIS CADENTIBUS, argumentum, vim virium experiri,
juxtaque cogitationes paululum circumgyrare meas, quodque
vero dignis exornare laudibus, opus est plenum difficultatis & laboris, cuise imparem vel ipse, Philosophorum Phospho-

(β) rus, (β) Aristoteles credidit, dum se, de qvibusdam, puta, me-
Citan- teoris, dubitare, quedam aliquo modo tetigisse, est professus.

te Ty- Lib. 1. chone Quid ergo à me minus exercitato, ardua in tam materia exspe-
ctas, Candide Lector, quam humile, tenue? tuarum qua-

prog. propter erit partium, mihi hanc satis sublimem rem, non qui-
pag 521 dem pro dignitate sua, sed captu meæ mediocritatis, breviter

& Job. & succinctè, per quosdam Aphorismos delineanti, potius condo-
Carceo f. 1. nare, opus qd ipsam, quamvis incomitum ac deforme, qui boniq;

consulere, inq meliorem interpretari partem, quam dente Theonino
atq maledico, me ipsumve carpere. Sis insuper exoro, in me, eo,

quo soles, esse animo, & si que ballucinantis vestigia inveneris, can-
didè corrige atq condona; Vale & conatibus nostris fave!

Ἐν τῷ, τῷ Θεῷ τῷ τρισβελτίσῃ καὶ μεγίσῃ, ἀδημᾶ.

§. I.

In ipso disputationis primordio, haud alienum & distonum esse videtur, qvædam præcognita exstruere; perindè ac Architectus, domum exstruens, juxta cum ipso ædificio, atrium & vestibulum construit, ne hospes in errorem ducatur, quâ rectâ in domum fertur, vel diu huc & illuc foras errabundus vagatur: Ita &, modò felici pede in seqventibus progrederi velimus, scrupulum unum alterumve, qvi inter legendum, animo molestiam parere posset, removere, qvo planiorem, ac tutiorē, in transitu nobis paremus viam, nostrarum est facilius. Qvorū prior est, ad qvam Philosophiæ partem, hanc præalentem dissertationem, De STELLIS CADENTIBUS, relatam volumus? In promptu illico erit responsio, ipsam esse physicæ considerationis, eoque jure, hanc ipsam suis amplecti ulnis, qvo Theologia, peccatum; Ju-risprudentia, in justitiam; Medicina, morbos; Ethica, virtutem; enodat, pertractat, considerat. Sed dicat quis; Physicæ subiectum (à qvo, puta, scientifico, totum esse scientiæ dependet) est corpus naturale: seu, ipsius est corporis naturalis naturam inquirere; At subsumat, de Stella Cadente, qvod non sit. E. Licet non pauci Philosophorum, minorem adfirmant, qibus calculum non addimus nostrum volentibus, Stellam hanc, cum reliquis meteoris, dici corpus naturale, licet imperfecte tale, atqve sic Justam corporis naturalis speciem esse. (β) Verum hoc refugium nullum est, ut primò haud agnoscimus divisionem corporis mysti, in perfectum & imperfectum tale; imperfectum namque illud est, qvod careat sibi debita perfectione, qvam

(a)

Georg.

Liblerv

f: 298.

Jacch:

L. 7.

Inst:

Phys.

C. I.

Kecker:

L. 6:

Syst:

phys:

C. I.

Clemēs

Timp:

L. 4:

System:

phys:

cap. 3.

(β)

Hippig.

pag:

per naturam, vel habere potest, vel debet; at volvat jam
qvis, & integrum pervolvat naturam, nūnquam tale ipveniet

(γ) imperfēctū: Sed (γ) in Animatum & Inanimatum illudque
vidēs in plantam, brutum & hominem, hoc, verò in larvā, me-
logicos talla & mineralia media subdividitur. Conseq; ntiā se-
Escaliz cundò diversas foventium sententias negamus, cum Stella
pradi- Cadens, corpus, qvod cum formā, compositum constitut
camen. Physicum, non sit; Ita nec justa ipsius species sit, nec el-
(δ) sum est. (δ) Sed cumulus & congeries Elementorum, & hoc
ipsum est, qvod Stella audit Cadens; & cum illa, æque
Kipp. ac Respublica, Ecclesia, exercitus, sylva, non sit ens per
pag. 186. se, qvod sit vi unius formæ substancialis, sed per acci-
dens, qvod tot habet formas, qvot partes integrantes
vel componentes; ut in exercitu, tot formæ numero di-
stinctæ, qvot individua; In sylva, tot formæ specie distin-
ctæ, qvot species; qvæ nec justam substancialiæ, nec novam
corporis naturalis speciem, sed numerum hominum ingen-
tem, congeriem arborum magnam, facit; Idem de hoc
naturæ Phænomeno dictum volo, declaratio qvippe u-
nius, est alterius confirmatio. Eundum tamē inficias
non est, hanc Stellarum trajectionem, communi qua-
dam formā connecti, verum non substanciali & specifica,
qvæ dat rei esse per se, datqve distingvi & operari; sed
accidental, qvæ dat per accidens. Syllogismum denique
ipsum in hunc modum reddimus solutum: Cujus est a-
gere de corpore, illius de affectionibus est quoqve a-
gere ejusdem corporis, & per consequens de ipsis me-
teoris.

§. II.

His, tenui licet penicillo, adumbratis, instituti eqvidem
Ratio moneret, ut qvæstionem, an si ad grederetur, nisi
ten-

sensus testaretur, ratio confirmaret, experientia qvæsi-
 tum comprobaret; Qapropter, destinato consilio, ipsum
 præterimus, ac pro ingenii nostri talento, fusius tracta-
 tionem *Quid sit?* extendere placet. Aristoteles & quidem
 cum suis alleclis, recte, quidquid universum hoc, ambitu
 suo tenet, in duo divisit genera, *Substantie & Acciden-*
tis; Ita ut nihil in toto hoc amphitheatro sit, quod non
 ad alterutrum horum, reduci potest. Quā evictā & ex-
 tra omnem dubitationis aleam, positā, haud facile duco,
 neminem, modo mente & corpore cœcus non sit, qvin
Stella Cadens ad Categoriam accidentis educatur, posse
 negare. Verum enimvero, licet meridianā luce clarior
 esset adsertio, suos tamen haberet Patronos, qvibus lixi-
 vium in oculos infusisse nostros videtur, contraria; eō
 propterea maximē, quod *Stella Cadens*, sit composita
 atque compacta ex pluribus miscibilibus; Igne, nimirum
 ut principio activo, qvippè qui est Elementorum actu-
 fissimus. Terrā præterea & Aqvā, ut principiis passivis,
 seu subjectis emittentibus; quantulus, enim ab iisdem,
 vaporum & fumorum egredi soleat, cumulus, nemo non
 vedit. Aère, denique ut subjecto excipiente, qui, namqz
 eorum omnium, qvæ ē terrā aqvæ visqz evaporant, exhalant
 sursumque perforuntur, receptaculum est: Hanc ergo ex
 Elementis productam træctionem, substantiam necesse
 est esse. Huic, pollicem premit adsertioni, Clarissimus
 Hippius, (a) simulac multis variisque modis voluit osten- (a)
 sum, *meteora*, inter qua *Stella Cadens*, quā talia, substantias esse, pag.
 reinque ut ipse sibi peritus habeat, exemplis illustrat; 174.
 nivem & grandinem, *Inqviriens*, esse substantias, notum est,
 quam quod notissimum, His dictis, ut putat, & evictis
 concludit: quod (β) meteora nunquam accidentia esse possint, (β)
 quamvis generatio ipsorum ut inflammatio, condensatio, commotio pag.
 Et illu. 177.

Et illuminatio accidens sit, ipsa tamen genita, omnino sunt & dicuntur substantie. Verum multis parasangis Hippio (venia tamen nominis dictum) præcurrere videntur, qui docent meteora, inter quæ Stella Cadens, classem accidentis adornare; Qvod quia in Elementis, non statim ex illis, fiat atque generetur; ut Regina & Domina meteororum, Iris, in guttulis aquaeis, non ex iis, sit, cum nempè Solis aut Lunæ species, à guttulis aquaeis, recipitur & ad oculos nostros reflectitur: Ita *Stella Cadens* non ex materia pingvi & viscolâ, sed in illâ ipsâ sit, cum nimirum effluvium, altius elevatum, acceditur, ac deorsum in modum Stellarum Cadentiam detruditur. Si denique hoc in articulo Hippio assentiremus, non modo omnia Accidentia è foro Philosophico eliminarentur, sed & effectum præstantius suo efficiente, genitum generante, esset. Exempla denique prædicti auctoris, summam merentur limam, quam si exactè ducas, laborare ea petitione principii, invenies.

(γ)

Exer:

397.

Concludimus hinc & nos, cum subtili Scaligero, (γ) nisi, inquit, Elementa rectorem & directorem habeant temere, & sine modo metaque & jactabunt & jactabuntur.

§. III.

Quemadmodum illi, qui metalla è terræ visceribus eruere satagunt, & operam, & oleum perdunt, venis ipsis non dum notis; Ita omnem disputationem esse tru-straneam, si ὁρούσθεντο, & quæ circa illam notatu digna occurrunt, omittatur, putamus. Qapropter, ut planiorem nobis struamus viam, monente *Platone*, πρὸς τὸ ἀρχῶς διδάσκειν, δῆ πρῶτην ἐξετίζειν τὴν ὁρούσθεντα: Consentiente & Epicteto; Principium eruditionis est nominum trutinatio, è re esse videtur, pauca de binis illis vocibus, quas, Titulus Disputationis, habet, prælibare. Sit itaque vox Stellæ, è suis

suis primò educenda incunabulis; in qvibus secundum Dia-
 lecticos, perpendenda occurrunt, Intima 1. Vocab. unio,
 qvæ Scholasticis dicitur, *Etymologia*, cujus numerum, (a)
 brevitate, qvâ unquam fieri potest maximâ, inire, ani-ut ait
 mus est; diu enim hisce nominalibus inhærere, quid o- Cicero
 pus? Vocem proinde hanc Stellæ, dicimus esse origine lib. 3. de
 Græcam usu vero factam latinam, (a) eamq; vel secundum Legib;. Beccmannum, (β) à nomine Σέλη, qvod splendorem signifi- (β)
 cat, qvia in cœlo sydera coruscant fulgentqve: vel ut alii, de Ori-
 à τέλλω vel ἀραιά orior, qvia motu suo continuo, or- gine
 tum & occasum, nec non annorum & mensium, dierum Lingv.
 & noctium vicissitudines, veræ stellæ præstant, dedu- *Latine*
 cunt. Nec tamen desunt, qvi Stellam è lingvâ Roma-
 nâ, suos habere natales putant. ut Isidorus, (γ) eam (γ)
 à stando, quasi semper in Cœlo fixa stet, derivans. Lib. 3.
 Qvæ derivatio certè pro nullâ habenda, cum parum adfi- cap. 70.
 nitatis sit, inter stare & stellam, nec revera stare censenda
 est, ut Parottus aliique volunt, qvia perpetuò movetur,
 quod vel solis & lunæ exemplo patescit, qvæ quoque mo-
 veri videntur. Non pauci, à stillando, quod ob nimiam
 claritatem & fulgorem, lucidam, guttarum cadentium
 speciem, repræsentent, originationem stellæ trahunt. Qui-
 dam vero à scintillando, qvod scintillas quasi emittere ad-
 pareant, formant. Qvos tamen omnes, Quintilianus (δ) ju- (δ)
 re optimo, novitatis accusat. Nos verò, ut rem acu tan- *Citan-*
 gamus, hoc meteorum, haud tamen binis prioribus græ- te Fr:
 cis omissis, qvæ huc etiam quadrare videntur, à verbo *Wen:*
mittēre, mittere, ducamus, & pro genuinâ & adæqvatâ co- *Cont.*
 gnoscamus; vel qvia *Stellæ Cadentes*, in modum verarum *Phys.*
 stellarum, micant lucentij: vel qvia desuper, hoc mete- p. 326.
 orum *metas*, mittitur atque detruditur. Proporro, cum
 haud difficile, e cunis eruitur suis, vocis pariter alterius
 ori-

origo, quam frons disputationis nostræ, habet: idcirco tanto firmiore animo, veniam speramus, quod in ejus expositione, vel parum, vel nihil moremur, quanto notior, & cuivis obvia vox ipsa existit: nodum ad hæc in *scirpo querere* quid juvat? hoc tamen ignorari non oportet, quod vocabulum illud cadens, Latinis natales suos acceptos referre debeat, & indubitatem a verbo cadere, quod in proprio significatu, ruere & labi significat, quia cum materia, ignibus concipiendis idonea, accensa sit, deorsum ruit atque labitur, verarum interea signum mentiendo Stellarum. Ut de hinc Bono cum DEO dicetur.

§. IV.

Etymo vocum, levi licet brachio, adumbrato, sine ambagibus, ad variam vocis acceptiōnem, quæ Scholasticis *homonymia* dicitur, recto ducimur tramite; quæ licet errorum genitrix nunc & olim extitit, nobis vero non multum facesset negotii, modo sicco, ut ajunt, pede, Theologicam prætereramus, ut Matth. 24. v. 29. *Stelle Cadent de cœlo: & Marc. 13, v. 25. Et Stelle cœli excident.* Qvibus in locis, Spiritus, mentionem signorum ruinam mundi præcedentium, facit, in quæ quâ propter, nostrum non est, ulterius inqvire. Præter hos, a nobis citatos, etiam Joh. Theologus, in suâ apocalypsi, stellarum cadentium meminit, ut c. 6. v. 13. & stellæ ceciderunt e cœlo in terram: Item c. 8. v. 10. Et cecidit e cœlo stella magna: & cap. 9. v. 1. Et vidi stellam magnam e cœlo cecidisse in terram, quæ locutiones sunt altioris indaginis & metaphoricæ; similitudo in hoc consistit: quod ut stellæ omnes, præter solem, tam erraticæ, quam fixæ, cum nativam in se, tum mutuatitiam, a lumini magno, habeant lucem; Ita & Episcopi & Doctores Ecclesiarum, qvorum meminit Theologus, a Christo sole,

sole, & luce mundi, veram puramque DEI agnitionem, nec non fulgentem fidei lucem, acceptam tulerunt, quam in cæterorum hominum mentibus accendere, fovere & confirmare debuerunt & etiamnum debent. Inter has verò stellas, aliæ immobiles adhætore firmamento, aliæ faciles sunt avulsa, & in terram decidere, & solem justitiam Christum deseruere, ut opibus, potentia & volupratibus hujus seculi, truantur: Et retineamus Philosophicam, qua vel abusive & improprie, & quidem in sensu Epicureo, pro corpore cœlesti, ex luce primigenia, ad salutem inferiorum producto, accipitur. Qvocirca, haud immerito hujus loci esset qvæstio: *An stelle revera ē Cœlo decadant?* sed dabitur forsitan, dum ad realia veniamus, occasio, modò diritas temporum, propositum non adimat nostrum, quæ situm movere: vel proprie, & qvidem, *ut bujus est fori*, in sensu Philosophico, pro Meteoro aliquo Emphatico, quod, ex effluvio sulphureo, supernè accentu, genitum, ob loci triditatem, hostem, frigus scilicet, fugiens, repercutsum ac deorsum detrusum, stellæ cadentis imaginem offert.

§. V.

Fecimus itaque nostro instituto satis, qua Etymologiam & Homonymiam; idem facturi, circa *Synonymiam*, quæ similiter, multum lucis, nominali, hujus rei, considerationi, adfert & conciliat; varias namque, à variis, hæc trajectio, sortita est adpellationes. Græcis *Stelle Cadentes* dicuntur *ασίες διαβέοντες* i. e. *Stelle transcurrentes* qvia citò aëra transcurserunt, ita ut vilis tarditas, non subleqvitur momenta currentis; & *ασίες διάττοντες*, b. e. *Stelle profidentes* qvia verarum instar Libro Stellarū profiliant; nec non *Διάδοπαι τῶν ασέρων*, i.e. *discursus Stellarum*, qvia cœlo discurrere vel decurrere videntur; quo nomine Aristoteles (α) has ittaeptiones insignivit, qui etiam rorū,

(3) alibi (3) illas vocat ὄντος ἀστρά πόνον & ἀκαλούματα νέα διάδοχα
 ut in Qvasi fluorem sideris, qvod in cœlo, pleno qvasi alveo
 descri- fluent & transcurſus, jaçula & ſcuta, qvia velut tela,
 ptione ob frigus evibrantur, dicat. Latinis Præterea, varias for-
 rū Ση̄-tiuntur adpellationes, ut 1. à Romanorum decore, &
 ηγεμονίis Linguae Latinæ parente, Cicerone, *trajectories Stellarum*,
 & 2. deſalutantur, qvo nomine ipſe indigitat, cuius ſunt naturæ,
 mundo. qvod nimiron, nunc in hanc, nunc in altam, cœli partem,
 (2) trajiciantur & impetu qyodam ferantur. Unde (2) etiam à
 Lib. 2. Plinio 2. *Discursus* vocantur; à Phosphoro Philotophorum,
Hist. Aristotele, 3 *Miracula & impressiones*, nec non adfectiones
Natur. Stellarum dicuntur. A Stoicorum Principe (3) Seneca 4. *Sidera*
cap. 37. volantia, & Stelle transcurrentes nuncupantur, celerrime qvip-
 (3) pè velut aves aërem pervolant. Apud (4) Poëtam 5. *Præcipi-*
Lib. 1. pites audiunt Stelle, qvia qvazi in præcipitia, ab aëre fri-
Qvest. gido aguntur. Potuissemus & nos magnum vocum æ-
Nat. c. qvipollentium & qvidam variarum liguarum adhuc re-
 1. & 14. censere catalogum, ni vereremur, dieculam ad hoc agen-
 (4) dum non posse ſufficere; eſto ergo ſatis de nominali de-
Lib. 1. finitione.

Georgi-

§. VI.

corum. **N**ominalibus, ſic simpliciter, peractis, instituti moner-
 ratio, ut ipsam περιγραφὴν seu definitionem rea-
 (2) lem, adgrediamur, juxta effatum diſertissimi Ciceronis,
Lib. 4. Omnis que à ratione ſuſcipitur institutio, à definitione proſpicita
 c. 2 ſuſcepit. Inter verò tot diversa tententiarum divortia, re-
Philo. Etum veritatis invenire tramitem, eſt perdiſcile. Mar-
 (3) burgensium haud immemorabilis medicus, (2) Magirus,
Pag. 159 hoc Meteorum, per fumum mediocriter compactum, dat ex-
 (2) peditum; qvem (3) Scarffius (2) Kippingius & alii non pauci
Pag. Peripateticorum ſequuntur; alii iterum per vaporem, qvera
 226. Aristoteles fumum calidum & humidum adpellat, hanc de-
 ſcri-

describunt trajectio[n]em. Quidam denique (§) Per exha- (§)
 lationem raram, canglobatam sive compactam, mediocriter verò ut Joh.
 calidam, hunc Stellarum discursum delineant. Verum e Carcag
 nimverò, hæ descriptiones omnes, verarum tantum vi-
 fol. 63.
 ces obtinent, ut vel è fuliginibus & cineribus candelarum,
 nec non nixe & rore, qvæ nunquam inflammatiōis ca-
 pacia sunt, pateat, merito itaq[ue] B. Sperlingii definitio-
 nem, ex institutionib[us] ejus Physicis petitam, ipsis ante-
 terimus, & tanquam genuinam, adæqvatam & rei con-
 venientem agnoscimus & adprobamus.

STELLA CADENS est Meteorum Emphati-
 cum, ex effluvio superne accenso genitum,
 & ob loci frigiditatem repressum atq[ue]
 deorsum detrusum, Stellarum e cœlo Ca-
 dentium imaginem offlens.

Q uam ad bonæ definitionis normam, more in Philoso-
 phia dudum recepto nobis examinaturis, duo ex-
 pendenda occurunt: Genus seu conceptus convenien-
 tiæ, & differentia seu conceptus distinctionis; qvorum,
 in definitionibus formandis, cum valdè utilem ac neceſ-
 sarium veritatis indagandæ modum subministrant, magna
 semper habenda estratio; qvibus verò neglectis, jejuna
 & exsanguis, evadit omnis definitio; Generis itaque seu
 Termini convenientiæ partes, in datâ definitione Meteorum ob-
 tinet. Stellam verò Cadentem tale quid esse, nimirum nihil a-
 liud, quam effluvium in modum Stellaræ desidentis accen-
 sum, præter qvod communis Doctorum confirmat senten-
 tia, etjam mens dictitat, ratio colligit: Vel exactius.
 Est effluviorum ignitorum supernè accensorum, affectio,
 sub

sub certâ figura, *Stelle* videlicet *Cadentis* imaginem, re-
præsentante. Et quoniam terminus Meteori sit laxus, ita ut

(a) sub ambitu suo non solum (a) *Emphatica*, quæ præbent qui-
Jacob. dem speciem corporis colorati, sed pro his qualitatibus re-
Thoma. alibus, etiam habent intentionales: *Vel brevius*: Quæ spē-
cap. 18: ciem, quā adparent, non obtinent realēm, ut *Thauma-*
Quæst. tis & admirationis filia, Iris, Parelius, Parælène &c.;
1. & 2. Sed etiam *hypostatica*, quæ faciem, quam ostendunt, ha-
bent realem: sicut grando, glacies, pruina, ros, nebula,
nubes & alia. Ne itaque nimirū laxitatis accusetur de-
finitio, per additamentum 78 *Emphaticum*, coarctatur
atque comprimitur, ut hinc excludantur varia reliqua

(β) Meteora (β) tam ignita, quam aquea, & spirituosa, quæ hy-
Inst. postatica sunt & dicuntur. *Differentia, seu Terminus discon-*
sper: venientie vel distinctionis, verbis exprimitur sequentibus, quæ
pag. conjunctim naturam rei explicant; Cum per causas tam
860. internas, materiam & formam, quam externas, efficien-
tem & finem; Tum per accidentalia seu adjuncta, Locum
videlicet & Tempus, Motum & Modum, quæ singula
seorsim & distinctè in sequentibus, favente Numine Di-
vino patebunt.

§. VII.

Antequam ad indissolubilem quasi causalium nexum, cala-
mum moveams nostrum, num dentur quæ rendum?
Frustranea quippe esset illarum investigatio, si *Stelle*, ipsas,
non agnoscant *Cadentes*. Est genus quedam hominum,
novandis, quam gerendis rebus aptum, quod, quidquid,
vel præconceptis ipsorum opinionibus non æque con-
veniat, vel ad oculos quoridè non proficit ipsorum, por-
tentum ipsis statim est, adeo ut verum maneat, quod Se-
neca dicit: *magis trahuntur homines novitate, quam dignitate*
rerum: Et causam primam, DEUM videlicet, ipsum, ef-
fectui

fectui ejusdem vindicat auctorem, qui licet in mundo
 hoc interiori nihil sine secundis, nisi extraordinarie, Et
 vel ad gloriam suam demonstrandam, & nobis contu-
 endum proponit, agat; Secundæ qvapropter non teme-
 rē negligendæ, nec ad primam illico configiendum, si mo-
 do secundæ in promptu sint causæ; juxta canonem: *nihil*
sine natura DEUS. In hisce vero secundis maxime est a-
 gnoscenda intellectus imbecillitas, qui e lapsu Adamitico
 tantum proh! accepit Vulnus, ut vix, ne dum vix, in-
 hac mortalitate possit sanari; scintillulæ tamen, qvas
 DEUS, singulari sua bonitate reliquit, assiduè fovendæ &
 non sub ignorantiae cineribus, obruendæ veniunt; nec ta-
 men hoc in articulo, nimis de brabeo gloriari, id enim
 mortalitatem esset deserere suam, sed Davum probabilia
 conjictem, qvam OÆdiopum vera augurantem confite-
 ri decet qvemvis: Neqve nimium juxta, fateri ignoran-
 tiā oportet; id enim sensum esset demittere & ratio- (a)
 nem qværere qvod lufragante Scaligero (a) *Stultitia in- Exere-*
dizium esset, sed modestè, prudentè, nec facilè credendum, nervicit. 218.
 namq; & artus sapientiæ sunt, nihil temerè credere, nec ni-
 mis diffidendum, *credulitas qvippè & diffidentia homines perdat: ut*
 vetus sonat proverbium; *Sapienter, rationes veras excipien-*
 do, graves evitando, ambulandum. In hoc vero ancipiti &
 periculoſo itinere summâ moderatione est opus, ne id mi-
 hi accidat qvod dicitur; *Incidit in Syllam, cupiens vitare*
Charybdim; nam ut ubiqve, sic & hic, suum cuique est ca- (β)
 put, & opinionum terme myriadem inveniet assiduus *Lib. I.*
 rerum indagator. Nostram nec hoc in negotio sententiam, *de Met.*
 Epicurei, Bombasti Paracelsi, (β) subscribimus tententiæ, *cap. 10.*
 cui calculum addit Plinius (γ) suum, fallò fingentes a- (γ)
 stra, vaporibus terræ, tanquam pabulo, humectari & pa-l. 2 *Hif.*
 Ici, hinc existimant, *Stellas Cadentes,* adtracti, humoris esse Natur.
 redun- c. 36.

redundantiam, cum nempe Stella ceperit alimentum ad satietatem usque; quum redundans quid accensi humoris, in terram decidat, ut in oleo & candelis fieri solet. Veram quam elumbis sit hæc opinio, videt qvivis, modo *ultra vulgus sapiat ipse;* ad viventia namque duntaxat spectat nutritio, ut quidquid vivit nutritur, & quod non nutritur, nec vivit, recte dico; Non vero ad corpora omnia, multò minus simplicia. Stellis qvapropter nullum concedendum pabulum, nulla adscribenda nutritio, & qvæ, cum haud opus habeant alimento, quod concoquant, ita & nec excrementum habere possunt, quod egerant.

§. VIII.

Non modo cœlestia & terrena, sed etiam sublimia, modo quodam singulari & mirifico, nos nostrumque sensum, implicatione sua, & rerum causarum nexu latent fugiuntque, quæ tantum, vel adequatissimis naturæ mystis peperere, negotii, solvere, ac quondam Nodus Gordius: Ut mittam reliqua tantum in tradendis veris Stellarum Cadentium causis, ipsis facessit, ut Gordium nodum adgredi existimatus fuerit, qui inexplicabile, multis visum, vinculum explicare tentaret; Unde etiam mihi, primum suboriebatur timor, ne inceptum meum in initium verteretur omen; Verum enim vero timore iam dudum excusso, liberam Philosophandi rationem patere gaudeo, quam impræsentiarum sc̄qui est animus. Dicemus itaque imprimis de Causa Efficiente, quam duplēcim facimus, *Vel supernaturalem seu divinam,* quam causam sine causa, principium effectivum omnium rerum, naturam naturantem, Ens independens, à quo omnia pendent dependentia, DEUM videlicet Ter. Optimum Maximum, qui verbo fecit, quicquid in orbe patet, tuto statuimus

tuimus esse: hancqve universam mundi machinam, singu-
 laris ac divina sua virtute ac potentiam, non modo fecit,
 sed a se semel factam, fover, sustentat, regit, gubernat, mode-
 ratur; Nec non singulari qvadam harmonia fidera, ut tra-
 jectiones has exitarent, fecit; Elementa, ut materiam, In
 qva seu subjectum suppeditarent, formavit; aërem de-
 niqve ipsum, ut receptaculum ipsis daret, creavit. *Vel Na-
 turalis* qvæ agit per potentiam naturalem, vel qvæ
 revera in effectum influit, eundemqve producit. Eaqve
 vel *Universalis* qvæ ex se, ad certum qvoddam effectum
 determinata non est, estqve totius ~~durationis~~, temporum,
 annorum nempe & mensium, dierum & noctium Re-
 gator, Mundi magnes, anima & vita *sol* videlicet, cum
 toto Cœli exercitu, qvi nunquam non in hunc orbem
 inferiorem agitat: qvæ & *elevans*, qvod virtute sua adtra-
 ctiua, exhalationes sulphureas & oleaginosas è paludi-
 bus uliginosis, campis suppliciis sceleratorum destinatis,
 macellis, cœmiteriis extrahit atqve resolvit, partesqve
 resolutas qvod ad ortum solis interdum videre est, in auras
 spargit: *Et agens* vocatur, qvod in præparatam materiam,
 effluvium scilicet sulphureum agit & operatur; Hujusmodi
 jam enumerata cœlestia, qvid? nisi vi sua in sublunaria
 vehementer agitant, radiisqve suis terræ meatus potenter
 recludunt, effluviaqve talia, qvæ *Stellis Cadentibus* mate-
 riā suppeditare possunt, mirabiliter producunt: *Vel par-
 ticularis*, qvæ revera in effectum influit, eumqve produ-
 cit; eaqve duplex, *Vel Principalis seu preparans*, qvæ in ef-
 fectum influit, virtute non ignobilior, qvam qvæ ad
 effectum producendum requiratur; & est *effluvium ping-
 ye, viscum oleaginosum & sulphureum*: *Vel instrumen-
 talis seu ascendens*, qvæ influit quidem in effectum, virtu-
 te tamen ignobiliori, qvam qvæ ad producendum re-

qviritur, hoc est, qva corpora Cœlestia, ad hæc effecta producenda utuntur, estqve calor, tam solis, quam ignis subterranei. Hi namqve duo mundi pyrodynastæ, Phœbus & Vulcanus, seu qvod idem est, ignis cœlestis & subterraneus, in operationibus suis inviolabili amicitia vinculo & scđere, ita juncti sunt, ut vix unus sine altero, quidquam operetur, Teste Kirckero; qui prior intima terræ claustra permeat, effluviaque pingvia per poros quasi & orificia eructare facit & evocat, atqve in sublimi elevat. Posterior iussa accipit, juvat ac promovet. Vel frigus, per quod exhalatio elevata, coarctatur & condensatur, de qibus suo loco plura dicendum; sufficient hæc de causa efficiente.

§. IX.

Causam efficientem proxime sequitur materialis, quam invenire difficile, & hoc opus, hic labor est, longa qvippe ætate, aspera satis hac de re tracta fuit controversiarum serra; prima quidem specie, materialis causa seu materia ex qua *Stellis Cadentibus*, non neganda esse videtur. Verum si materiam ex qua haberent, essent materiata, si materiata, essent substantiæ; si substantiæ, simul essent & substantiæ & accidentia, qvæ principio omnium primo *impossibile est idem simul esse & non esse*, repugnat adsertio. Insuper si materialem causam haberent, essent species mundi, essent corpora, nam ut materia ex qua omnibus, ita & solis corporibus naturalibus, qvæ cum materia & forma substantiali, physicum constituit suppositum, competit; hanc vero num habent, nec ne, infra inqvirendum nam *crambe recogita* ut in proverbio dici solet *mors est*. Cæterum, materiam in qua seu subiectum ipsis adscribimus, qvæ vero illa sit, sub-

sub judice lis est. Perplurimi haud infimi comatis Philo- (a)
 sophorum, (a) tam veterum, quam recentiorum, ad Aristote-
 sum, quem ob siccitatem & raritatem inflammari Lib. I.
 dicunt, configiunt; ast si inflammabilitas, ob siccitatem Mete:
 rebus competit, qui sit, quod res aetate humidæ, ut spiri-Mete:
 tus vini accenduntur &flammam concipiunt: Ob rarita-reru:
 tem itidem inflammationis si capacia essent subiecta, quid in sua
 causæ quæsto subsit? Cur in aere & materia papyri com- Meteo:
 busta idem effectus videare non est hanc etenim Gallen:
 cum combussimus, & siccissima & rarissima, & levissima Lib. 3.
 ut levissimo etiam dispargatur vento, remanet materia; Scaff:
 hac vero cur inflammari nequit? si siccitas & ra 759.
 ritatas, inflammationis essent causæ: satè licet res Kipp.
 siccissimæ & rarissimæ sint, & vel nihil vel parum sul- 226.
 phuris habeant, accendi nequeunt. Ejusdem, si non vi-
 lioris farinæ est, illorum assertio, adseverantium vapo-
 rem posse accendi, hocque Meteorum efficere; insuper
 habito, eundem secundum Aristotelem esse exhalationem
 calidam & humidam procedentem ex aqua, quam in-
 flammari nemo dicat, nisi experientiae bellum indicere
 velit. Huc referuntur & illi, qui ad meram nudamque
 configiunt exhalationem, cum generale quid sit, & sub-
 se, fumum & vaporem comprehendat; specialia vero in-
 specialibus nominanda, trutinanda, & perpendenda occur-
 runt; Qui quæ confundit, & galeam induit pedi, & ocream
 capiti. Nos verò materiam in qua, seu subiectum, ut an-
 tea innuebamus, Stellis qvidem Cadentibus, non tamen fu-
 mum & vaporem, tribuimus; sed despescimus illam in
 Remotissimam, quæ res sublunares in universum omnes
 sunt, quippe tot sunt omnino halituum & evaporationum
 differentiæ, quorū rerum species inveniuntur in mundo:
 Terræ, maris, montium, sylvarum, arborum, animalium-

agmina, sua quæcūq; emittunt effluvia in aëra, quæ inter se
mixta & in nubes & in varia Meteororum ignitorum gene-
ra conflantur. *Remotam* quæ est Elementa imprimis verò
ignis, qui le in generative horum, ut principiū activum
habet, & est ipsū agens quapropter & necessariò requiritur
patiens, moles scilicet terraqua, quæ est quasi penu & nu-
tricula, eorum omnium, quæ evaporant, exhalant, sursumq;
vehuntur. *Et Propinq;am*, quæ est effluvium pingve, vi-
scosum, oleaginosum & sulphureum. Qvō itus probatum
materiam Stellarum Cadentium, non esse puram terram, in
fumos exhalatam; ut mera namque terra, sic & fumus,
qui siccitatem terræ æmulatur, siccus, & omnis pingue-
dinis est expers: nec cætera Elementa ut *ignis*, sed si inflam-
mari videtur, ob sulphureos vapores admistos contingit,
ita ut sui juris fiat ipse, qui ligatus modo fuerat ante, & aër
inflammantur, cum Stellæ generantur *Cadentes*; sed exha-
lationes sulphureæ longâ serie dispositæ accenduntur &
inflammantur. Ligna denique nostra ob sulphur, quo si de-
stituta forent, flammam nunquam admitterent, accendun-
tur & comburuntur, quisquis itaque es & cujas es, ful-
phuris necessitatem maximam, & quanta vitæ humanæ ex
hoc data sunt commoda, vide, mirare, Concludimus de-

(β) nique & nos, quiquid accenditur sulphureum est. Et di-
Lib: 2. cimus cum clarissimo Fromando (β) ut materia flammam con-
Meteo- cipiat, debet esse pinguis, omne enim pingue, sulphure
rorum. permistum est; qvod autem omni humore oleari careat,
inflammationis capax non est.

§. X.

Jam in ordine sequitur causa formalis, in cuius expo-
sitionem, paucis erimus contenti, cum haud multis ob-
sticta sit difficultatibus; ut materialem causam, *Stellis Ca-
dentibus* aphorismate præcedente non concessimus ita &
in

in hoc §: substantialem formam, quæ cum materia, physicum constituit compositum datqve esse specificum, negamus; sed accidentalem, qvæ dat esse genericum ipsis adscribimus, eaque vel *Generalis*, qvæ omnibus Meteoris ignitis communis est, & est nuda sulphuris accensio, seu materiæ ustibilis incensio: vel *specialis* unicuique Meteoro singularis & propria, beneficio cuius diversæ exhalationum formæ, miro qvodam ingenio atque ordine dissimiles fiunt; ut si exhalatio in mucronem acuatur & basis modo ipsa sit longa & ampla, *pyramidis*, si Rotunda, *clypei*; si gracilis, æqualis, paulatimque inflammata, *facis*; nomen accipiat. Si vero massis qvibusdam à se & inter se divisis eadem constat, & floccos instar lanæ pensiles circum se terat, *capra saltantis*, flamma ab una massa ad alteram profiliendo, modum imitatur; at si massæ illæ fuerint rariores, & in multas minutaspue particulas divisiæ, *scintille* dici solent *volantes*. *Stipulae* dicuntur cum globus Igneus non adpareat, sed exhalatio late dispersa; *incensas stipulas* exhibet. Qvod si effluvium qvod accenditur fertur in aëre, figura antrorum retrorumque strictiori, latiori in medio, expansis & alarum remigiis, *Draconis* nomen obtinet. Ast si effluvium hoc & prope terram conspicatur, & motum habeat instabilem, ut nunc in altum se elevat, nunc ad terram se demittat, nunc accedentes fugiat, nunc fugientes insectetur, *ignis fatuus* dicitur: Ita si idem effluvium, in media aëris regione, in longum fuerit dispositum, & in multas quasi particulas discriptum distin-
(a) libro de
ctum ac disseminatum, *Stelle disurrentis* speciem exhibit, Meteo-
cujus etiam diversitatis meminit Joannes Jovianus, (a) nec ris cap.
non elegantissimis eandem exponit versibus, hoc modo: 17.

Qvæ facies, que forma etiam, qvalisque figura,
 Talis in aëro perlucet vortice flamma,
 Nunc jaculi in mortem, validus qvod torserit hostis,
 Nunc quales splendent Lychni lagwearibus aureis,
 Nunc quales tenues ignescit stupra per auras
 Nunc fletit se in spinas sinuata draconum,
 Nunc micat, ut celeri fallantur lumina sensu,
 Nunc eadere ut timeas ex ipso sydus olympos.

Ita res una plures nobis obfert species: figuram vero exhalatio hæc, à *Stella* superiori sub qva impressio facta sit accipit; *Cadens* à motu; qvemadmodum idem effluvium sulphureum, *Draco* à figura volans à motu dicitur. Videor posse regeri, aliquam, præter hanc nudam impressionem, formam *Stellis Cadentibus* concedendam esse, tum nullam aliam admittimus, qvam formam corporum, ē qvibus progressæ sunt particulæ illæ, inq̄ exhalationem inflammabilem collectæ & conglobatæ; minutissima qvippe corpora, in altum elevata & in sublime suspenſa, demumq̄e in media aëris regione, intra ſe invicem coacervata, formas suas non deponunt, sed qvodlibet suam naturam retinet ut §. I. in exercitu, sylva, demonstravimus, & hoc idem, in acervo lapidum, retinet qvippe quilibet lapis suam naturam, non lecus ac farina alba & nigra, dum inter ſe miscentur, qvælibet suum colorem saporemque servat, demonstratur. Est ergo forma *stellarum Cadentium* tantum accidentalis, qvæ, pro diversitate materiæ exhalatæ, vel rarefactæ vel condefactæ, variat.

§. XI.

Agmen, fervata rite Philosophantium methodo, causarum, claudit finalis, quam, quoq̄, suffragante Ptolomæo Lib. II. cap. xi. Quadripartiti & Plinio lib. II. c. xxxvii asse-

rente, fieri discursus stellarū unquam temere, stellæ nostræ cadentes agnoscunt, qvorum præprimis auctoritate & nos freti, duplēcēm ipsis adscribimus finem, vel I. *Theologicum*, qvem quoque in partes secamus, quæ sunt, vel respectu DEI estque sapientiæ, Potentiæ & bonitatis, Numinis nempe Altissimi demonstratio; Magnus namque est Dominus DEUS noster, non solum in magnis, sed magnus in minimis, maximus vero in vilissimis; etiam in operibus suis minimis, maximam suam potentiam & immensam bonitatem demonstrare voluit, & etiamnum demonstrat. Vel respectu nostri, est DEI, mirabiliter hæc ordinantis agnitio & celebratio; non enim frustra DEUS Ter Optimus Maximus, hæc omnia disponit vel ordinat, sed ut nos ea scrutemur & admireremur, ipsumqve hæc mirabilia ordinantem, sine intermissione laudemus, decantemus: Vel II. *Physical* quapropter non est existimandum, has in aëre trajectiones, nec casu fieri, nec certum aliquem in natura adpetere finem, nec sua utilitate, vel manifesta, vel occulta, carere; Nihilominus tamen suos intra remanere concellos, qvos duplices facimus, & præprimis dicimus eas inservete.
 1. *Purgationi aëris* multa puipe effluvia pestifera & noxia, vi astrorum educuntur & in sublime vehuntur, qvæ impressione hac & alia consumuntur & in nihilum rediguntur, ne putredine viventia cuncta suffocentur; sed recenti aura corpora continuo ipsorum refocillentur.
 Stelle 2. *Cadentes*, pro coloris diversitate, diversitate inquit, ut referat qvale sit id, qvod incenditur, & quam vehementer qvo incenditur, variam cœli tempestatem denotare. Si nempe trajectiones Stellarum rubicundiores ad primo pareant, ventos præsagiunt, qvia aër siccis exhalationibus, Geor- & sterilibus, nubibus, tum maxime abundat; cujus prædicationis meminit Virg: (a)

*Sepe etiam stellas vento impendente videbis,
Principes cœlo labi noctisque per umbras
Flammarum longos à tergo albescere, tractus.*

Si vero discursus Stellarum, pallidiores cernantur aquas designant, quia tum aëris aqueis vaporibus est repletus; si demum clariores purioresve, sese oculis nostris ingerant, siccitatem denuntiant, eo quod aëris tum sit quodammodo purus. Sed relinqvamus, hoc in articulo Philosophos, (**Aristo:** quos pro Antesignanis habuimus, quibus dignum fuit curiositatem hanc scriptis suis notare, & posteritati super hac **Pliniū,** de re judicia sua nota facere, & Poëtam: cum facile ex **Senecā,** ad Ptolemei: latis colligi possit, *Stellam Cadentem* etiam suos agnoscere finis, quo non possumus non statuere, moti, nullum efficientem sive sit increatum, ut DEUS, sive creatum ut nimbr: natura agere frustra juxta tritum illud æque pulchrum Magi: ac verum: ὁ Θεός καὶ ἡ φύσις ἐδίν μάτη τοῖσιν: DEUS & naturum, nihil faciunt frustra.

Fro-
mandū,

§. XII.

Sener- Q uod verbis hactenus diximus, re ipsa probare, & ext-
Scarf- sum, Q emplis demonstrare conabitur, idque auctoritate cla-
rissimorum, tum veterum, utpote Aristotelis, Platonis, fium, Senecæ, Ptolomæi, cum recentiorum Philosophorum, ut Sper- Magiri, Meureri, Fromandi, Scharffii & Sperlingii, qui lingū, omnes eandem buccinam cecinere olim, quam nos pro tem-
pore cecinimus, docendo scilicet, *hunc Stellarum discur- sum variam cœli tempestatem, siccitatem utpote, pluvias, & ventos prædicere.* Verum enim vero, ut in omni sic & in hac valet illud quod circumfertur: *Non sufficit dixisse, sed probasse.* Adsertum à Nobis fuit, clariores purioresve si vide- ren-

rentur *trajectio*nēs, siccitatē denunciare; qvōd imus probatum Ratione potissimum *materiæ*; constat namque exhalatione calida & sicca, quæ & in siccis & aridis locis fit, & cum pluviarū præsentia existere nequit: crassi namque isti vapores adprimunt materiam subtilem, ut exhalare haud queat, pluvia inundante terram, siccitatē, itaque vel nunc, vel brevi, futuram esse indigitant; *vici-*
sim si pallidiores incedant, imbrēs & inundationes aquarū portendunt. Quia tum signum est, terram per crebras ejusmodi concretiones esse adtenuatam & rarefactam, aquamque in locum sulphureorum & pingvium spirituum, jam exhalatorum, brevi succedere. Pergit adhuc curiositas docendo, stellas illas præcipites, obscuram per noctem, volitantes crebro & pene decidentes, ut nos opinamur vulgo, ventos designare, quod nec veritati dislo-
num videtur; eo namque modo & negotio, quo Sole effluvia pingvia & sulphurea e terra educit, qvibus postea impri-
muntur *stellarum* figuræ; nullum dubium esse potest, quin eadem etiam solis & astrorum vis, effluvia spirituosa & fla-
tuosa eliciat ac extrahat, e qvibus deinceps venti generari possunt. Sed interrogas, unde est illa coloris diversitas? sapiens Seneca illam oriri existimat ex dissimilitudine materiæ, quæ rara si fuerit, pallidum, clarum & purum præbet colorem: compacta vero & crassa, rubrum expri-
mit. Verum, nulla raritas, nulla densitas, in aëre, in fumo & vapore; sed ratio densitatis consistit in varia solis, ac reliquorum astrorum illuminatione: ut vel in nube quotidie videre est, in quam raram & subtilem, si illuminatio inciderit, *albus* generatur color, non ob materiæ raritatem: si vero lumen in nubem crassam & densam inciderit, *ni-*
ger generatur color: sin vero in nubem aquosam & roridam, *viridis*: Incidente vero lumine in nubem vaporosam

& fumosam ~~et~~ ruber color, non ob materiae densitatem. Natura sic, ad monitum Aristotelis & Scaligeri, per naturam explicanda, non per rationes nostras evertenda. Curiositatis ergo, sedulo observandum est, quod & prisca & hodierna observavit Diligentia; cum *Stelle Cadentes*, ab uno cœli tractu, versus alium ferantur, ventum a quo decidunt tractu, flaturum denuntiant, quia ibi ventum jam adesse ostendunt, qui eas obliquas agitat, licet ille nondum ad nos pervenerit. Exempli gratia: si ab occidentali versus orientalem discurrunt plagam, futurum indicant, ut ab occasu ventus, paulo post oriatur; quod tractus ille, unde trajectio illa labitur, vaporum abunde plenus sit. Si vero a meridionali versus septentrionalem cadant *discursum*, significant ventum ibi in meridionali plaga jam esse, eumque ad nos brevi venturum ac descenturum. Si vero e diversis mundi regionibus pluribusve simul e partibus, *Stelle Cadant*, plures quoque & diversos ventos oriundos esse, qui aërem turbabunt, prælanguint: Quia signum est aërem undique effluviis similibus esse referatum, quæ facile in ventorum materiam transire possunt, si denique Ptolomæo (a) fides sit habenda, profitebimur vo-
(a)
pag.
Quod
256.
 lantia illa sidera, hyemes varias, fulmina, fulgura aliaque hujusmodi ad terre ac designare, modo e quatuor mundi tarantur plagis.

XIII.

Recta deinceps a causarum expositione, & quæ circa illum notatu digna fuere, ad ipsa *Stellarum Cadentium* adjuncta & circumstantias ducimus via, in quarum numero, haud postremas obtinet partes, ipse generandi modus, ad quem, *illotis*, ut ajunt, *manibus*, non esse accedendum, arbitramur, sed quandoquidem non licet, ut volumus, hunc solvere nodum, hoc enodare inceptum; non tamen

ut

ut qvimus erubescimus id perseqvi. Concelebrata olim, (a) scriptisqve Philosophorum & Medicorum nobilitata ~~arbitri~~ in sua. ~~negat~~ hic prostat, huncque discursum Stellarum effi- meteo- cere posse promittit; promittit! quod nec ipsa præstare, rologia nec propugnatores, ut Meurerus, (a) Zabarella, (b) co- (b) nimbricenses (y) Aristotelis interpretes, aliquando etiam de tri- bonus dormitat (d) Scaliger, ipse medicorum princepsbus ae- (e) Gallenus, Scotus & alii perplurimi, demonstrare pos-ris re- sunt. Horum adtamen omnium, diversa verborum diver- gionib- tia recensere & perlustrare infinitus esset labor; in tanta (y) qvippe sermonis, sensus animi exprimentis, varietate, nunc lib. 1. de & olim constituti fuere Philosophi ut si sigillatim cum Gener: unoqvoqve inciperemus disputare, longa certe futu- & Cor- ra esset Oratio, longæ ambages, & plus naufragia, qvam rup- gratiæ legentium animis adferret; interim tamen unam (d) alteramve perstringere & ventilare sententiam, haud in-Ex- consultum, ut innotescat, qvid sibi per ~~arbitri~~ velint, ercite duco. Idenforsus magnus ille naturæ mysta, posteritati, 28. suum hac de re hoc modo dat judicium. Condensata & (e) pungvis, inqviens, exhalatio, non ita magno calore, cum ad cœlib. 3. medium se extulerit, à frigore excepto, per ~~arbitri~~ ignescit, dejiciturqve nonnunquam recta, nonnunquam obliqua linea, ex eo Stella Cadens dicitur. Nec ab hinc alias tua laude non defraudandus, Jacobus Thomasius, (z) abludit, incensio- (z) nem in Meteoris ignitis fieri per intensionem caloris; in Cap. 19. tensio vero, vel à motu exhalationis, vel ab ~~arbitri~~, quæ est quest: circumfessio qualitatis activæ contrariæ; qvando, scilicet, 1. & 2. internus calor circumcidetur, ab externo frigore, vel in- dialo- ternum frigus ab externo calore, tum interna qualitas Phys. in se ipsam cogitur & coarctatur, qvo facto, illam qvo- que juxta tritum, Vis unita fortior, augeri necesse est: Sed docent, qvod nec lana ratio probat, nec judicia expe-

rientia admittit. Si quippe quid boni ab *avilatentia*, qva frigiditas à caliditate & calidas à frigiditate intenditur, conciliaretur, tum axioma: *Omne bonum conservativum sūi*, dubio procul laxaretur, hostis namque hosti opem ferret: Verum hostis hostem destruit, pessundat & extrudit; non juvat, non servat, nec promovet. Experientia nec cum dogmate contentit, noctibus namque astivis, cum parum vel putum nullum, in aëre hæreat frigus,

(n) qvod sua pressione, ab omnibus partibus, calorem in ma-

Lib. 1. gnum pellere queat cumulum, nihiloseius tamen has Stella-

Cap. 1. rum trajectiones fieri docet Stoicus (n) nulla enim nox est quā
Quæst: non plurimæ ire & in diversum videantur abduci & idem nulla sine e-
Nat: jusmodi spectaculis nox est. Ægre itaq; hanc nobis persuadere

(9) possunt, negata namq; intensione (adisis Sperlingum) (9)

Instit: negatur *avilatentia*. Qvod vero prædictus Thomasius, mo-

pag. tum exhalationis in causa esse voluit, non meretur re-

748. prehendi; existimandum namq; est, exhalationes, qvæ

& seqq. ex intimis terræ claustris exhalant, transpirant, sursum-

Exer- que feruntur, in altum conjungi ibique coagmentari,

cit: decidente vero e motu isto nube, qvum formam ignis

pag. induit, qvi momento materiei circumstanti combusti-

484. bili communicatur, dumq; prima pars inflammata

& 485. sit, alteri ignem celeriter communicat, secunda ter-

tiæ, tertia quartæ, atque sic deinceps; modo non absi-

mili, qvo, una candela accensa, aliam, qvæ modo extin-

cta erat, facile rursus accendit, *Stelleque discurrentis ima-*
ginem exhibet; illud tamen tenendum, ad hanc haud
magno aëris motu efficiendam, opus est: Ut enim can-
delam, vel flatu oris vel circumgyratione levi, ut fuligine-
nes dispargantur & atomi igneæ conjugantur, accen-
damus; Ita polantia, aëre levius trito sidera existere experi-
entia

entia docet: Nec tamen semper vento, attrituve aëris
 fiunt sed nonnunquam alia aliqua aëris opportunitate
 nascuntur; ut stramenta, apud nos quoque sulphure ad-
 spersa, ignem e longinquō, sine vento, ad se trahunt; mul-
 ta namque e terra, dūdum ejēcta, inqve cœli superio-
 rem nunc agentia partem & sunt calida & sicca & con-
 cipiendis ignibus idonea, inter quæ oritur & pabulum
 venamque subsequens defluit. Quidque vero ~~adscripta~~
~~adscripta~~ adscripsere veteres, optime per contrariorum fu-
 gam & dissimilium pugnam, explicari potest, corpora
 quippe frigida, ob calidorum, & calida, ob frigidorum
 præsentiam, arctissimis sese constringunt vinculis, cum
 nempe sulphureæ & igneæ atomi fugiunt hostem frigus,
 tunc se magis magisque congregant; quo simul congres-
 su, condensantur & inflammatantur; & quoniam sursum,
 in supremam aëris regionem qvæ purissima est, nec fu-
 ga datur, nec ulla ibi accendendi patente via, ad loca in-
 feriora feruntur ac deorsum truduntur; & imaginem
 quam a Stella superiori, sub qua trajectio jam facta sit,
Stelle Cadentis oculis mortalium ostendunt. Intueamur
~~ā~~ ~~ā~~ ~~ā~~ ~~ā~~, beneficio cuius, effluvia hæcce in altum ad-
 scendent: varia quidem & multa terrarum orbis exspirat,
 qvædam humida, qvædam sicca, qvædam algentia, qvæ-
 dam concipiendis ignibus idonea: qvænam tamen hujus
 adscensionis sit causa nunc & olim dubitatum est. Qvod
 si altiori rationis scrutinio investigaverimus, nullam præ-
 ter solem & ignem subterraneum inveniemus, qui prior
 qvo altius versus polum elevatur (unde æstivo tempore
 longe valentiorem sentimus calorem, qvam hyberno, ver-
 no atqve autumnali) eo etiam majorem his in terris o-
 perationem habet & efficit, ut cum Psalmode. Psal. 19. *Non*
est qvia calore solis se abscondat, exclamare quis possit; nec non

ejus radiorum vis, ipsos terræ poros & orificia penetrat, effluviaque hæc, ipsis terræ cavernis collecta extrahit & ad altum evocat. Huc accedit ignis subterraneus, & suas hic quoque exercet operationes, inclusam, videlicet, exhalationem, per varios ductus agitando, & ad superficiem usque terræ propellendo. Ignem hunc dari *notum*, *notius* quam ut hoc loco demonstrare necesse sit, & quam quod *notissimum*, operationes quippe de ipso testantur subiecto, quæ in fundo maris, quibusdam in locis tantæ existunt, ut thermæ inde proveniant: virtus denique solaris vix sufficeret, ad tantam exhalationis copiam evocandam, quæ ex sententia doctorum, ultra decem pedes terram penetrare nequit; quæ certe materia ad constituenta varia Meteororum ignitorum genera, vel si tota intra terminum prædictum exhalaret terra, vix tamen sufficere posse videtur, nisi ignis subterraneus adventaret, qui juvaret, promoveret, atque e recessibus ad superficiem elevaret.

§. XIV.

Hæc quæ de modo generandi sunt dicta, sufficient, pauca etiam de *Stellarum Cadentium Motu* annotemus; cui tantum adscripere veteres, ut illas in recte & oblique cadentes diviserint; nos hanc susque deinceps ferimus divisionem; quia si effluvium in magnam molem e globo terraquo fuerit extractum, recte Cadens Stella dicitur: sin vero quod e terris, locisque aridis extrahatur, sit valde exiguum & leve, facile in obliquam a vento, quem ab eo angulo unde cadunt venturum indicant, ducatur partem: sed momenta potius sequentia, utpote *Movens*, *Mobile*, *Terminus a Quo*, *Terminus ad Quem*, *In plia* denique *Successio*, æqua rationis trutina perpendenda ac ponderanda veniunt. *Movens* idcirco quod concernit, id

id agens dicitur a qvo motus dependet, estqve vel *primum*, ut DEUS, qui primus motor dicitur; vel *secundum*, ut aer, a qvo plerumque obliqua & prærapida celeritate feruntur; dico plerumque, qvia sæpe recte decidere vindentur, idqve ideo, quia exhalatio illa sulphurea, in qua jam facta sit accensio, gravior sit; quam ad obliquitatem aliquam, a vento pelli queat. *Mobile*, vero est subiectum, a qvo motus ab agente excitatus recipitur; auditque effluvium pingue & sulphureum, e terra nuper ejectum, inque superiorem cœli agit partem, donec adtritu aëris fuerit collisum, vel radiis solis adflatum. Hinc facile est causam dare, cur motus Stellarum cadentium, in principio velocior, in fine vero tardior est; Primus namqve impetus fortissimus est, cum omnes spiritus sulphurei adint: Secundus minus fortis qvia tanta vi, qya a natura cum omnes spiritus adessent præditæ erant, cadere non possunt; Tertius debilis, propter aëris inferioris densitatem, qvia aër terram versus, semper est densus & crassus, ob effluviorum exhalatorum multitudinem; qvo itaqve, propior Stella in descentu ad terram venit, eo segnior etiam adparet, crassum qvia aërem æque ac subtilem penetrare nequit nec valet: Quartus debilior, donec tandem vel per immanationem continuam ad nihilum redigatur, vel prope centrum extingvatur. *Terminus a Quo*, qvi est principium, in qvo incipit motus, est media aëris regio, qvæ juxta cacumina altissimorum montium incipit, & eosqve deorsum se protrudit, qvo usqve sursum radiorum solarium fractio se extendit, atqve cum sursum in supremam aëris regionem, qvæ purissima est, fuga non datur, deorsum per medium ad infimam sæpius truduntur regionem. *Terminus ad Qvem*, est finis in qvo desinit motus, est infima aëris regio, qvæ a superficie terræ

terræ & aquæ eousque se extendit quousque sursum radiorum solarium fractio se protendit; in qua effluvium impressionem sustinens, ob varia circumiacentia & obstantia corpora & aeris inferioris inæqualitatem suffocatur est extinguitur. Sed quid quæsto causæ erit, cum Stellæ hæ exsiliant, non per lineam rectam, sed longam transvolant; nec non longum porrigit ignem videntur. Si illud, nec natura observaret, nec homines animadverterent transitum illarum, sed citius in terram caderent, quam sensu nostro percipere possemus. Argumentum quoque est, magna vi illas excuti, quod obliquo & simili ferantur cursu. Hoc vero propter immensam contingit celeritatem, cum acies nostra non discernat transitum earum, sed quacunque cucurrent, id totum igneum credat. Tanta est velocitas motus, ut partes non dispiciantur, sed tantum summa prendantur. Intelligimus magis qua adpareat Stella, quam qua eat, itaque velut igne continuo totum signat iter quia visus nostri tarditas non subsequitur momenta currentis sed videt simul & unde exsiliavit.

(a) quo pervenerit. Dicit qui non scripta, sed Thesauros, postlib: ritati reliquit Seneca. Ipsa denique successio, in qua ipsum cap. 14. consideramus fumum; cum namque Meteorum hoc in Q. N. aere humido extinctum sit, fumus exoritur, qui veram Stellam occultat. Hinc Epicurus, ad dictamen sensuum sibi relictorum, falso statuit, hoc Meteorum dici Stellam, non quoad externam figuram, Sed internā formam: nec non affirmavit Stellas singulis hominibus esse adtributas; principibus aliisque vitam in excelso agentibus & opulentia prædictis, maiores clariores & puriores; plebeis cæterisque infimæ fortis hominibus & pauperibus, minores & obscuriores; ut cuneus cuneum sic error errorem trudit; quotiescumque itaque hanc Stellarum trajectiōnem contigisse vidit, totiens hominem cuius Stella esset, diem obire suum con-

contendit. Quem concinne (β) refutat Plinius: Non sidera, (β) ut existimat vulgus singulis adtributa nobis ac pro forte eujusq; Lib. 2. lucentia adnumerata mortalibus. Nec tanta cœli nobiscum soci- Cap. 8. etas, ut nostro fato, mortalis sit siderum fulgor. Epicuri deli- riis calculum si adderemus nostrum, qvot qvæso hodie, in cœlo Stellas haberemus? nullas sane, vel qvam pau- cas certe, cum tot millies millibus hominum exstinctis, omnes prope simul exstinctæ esissent? Sidera quippe, qvæ vix visu notabilia, terræ magnitudinem vincunt, nec ul- lum nunquam sydus in cœlo desideratum esse legimus. (γ) Hinc præclare, ut solet Seneca (γ) stultissimum est, inquit, exi- Lib. 1. stimare aut Stellas decidere, aut transilire, aut aliquid illis au- Cap. 1. ferri & abradi; nam si hoc fuisset, jam defuerint. Q. N.

§. XV.

PROMISSI dum memores sumus, non possumus, qvin vel hoc in loco iisdem stemus, qvæstionem videlicet ulte- rius an Stelle revera e cœlo decidunt, paucis movendo. In qua fortè, non est sermo de Meteoro, quo de hac tenus e- gimus, quod vulgo stella cadens celebratur, sed de illis stel- (α) lis, quæ juxta Sperling (α) sunt corpora naturalia simplicia, lucida, Inflit: globosa, semperque mobilia, ex luce primigenia, ad salutem inferio- pag. rum producta. Qvam negat ratio; omnes namque stellæ fa- 489. ciunt, ad naturæ constantiam & complementum, unam qui tollit, & vacuum in formis introducit; qvod suffragante Scaligero, longe majus flagitium esset, qvam vacuum, à quo abhorret natura, in corpore, & totam evertit naturam: ut non frustra tot & non plures, nec pauciores, in prima mundi creatione sunt productæ; ita nec ull'a unquam peribit (ad integratem quippe naturæ spectant) antequam tota annihiletur natura. Nec de nomine cœli ναζχρησικῶς vel ἀναλογικῶς. per analogiā proportionis, pro aëre accepto, valet

valet qvæstio: sed an Stellæ e cœlo fidereo, quod stellas tam erraticas, quam fixas continet prolabantur qværitur? Qvod iterum sana improbat ratio. Id namque quod simplex est corpus, respectu principii interni immutabile & incorruptibile est, hanc & qvoqve simplicitatem seqvitur levitas; Unde recte dico; nullum corpus leve natursliter & per se descendit, omnis Stella est corpus leve, Ergo nulla Stella, naturaliter & per se descendit. Major ab omnibus concessa, minor manifesta, conclusio firma. Verum non desunt ratiocinia, qvæ nobis, in contrariam obverti possunt partem, qvæ licet nihil præter qvandam veritatis adparentiam præ se ferant, potiora tamen recensere & ad Cynosuram rectæ rationis referre conducat. 1. Qvod probant sensus, in dubium non est vocandum, hoc Meteorum veram esse Stellam, probant sensus ergo in dubium non est vocandum. Vel 2. Qvod probant testimonia sensuum non est negandum, hoc Meteorum, veram esse Stellam, probant testimonia sensuum, micat namque ut Stellæ veræ; est colòratum ut Stellæ veræ; ignem de

(3) se spargit, ut Stellæ veræ; E. Verum ad primi argumenti
Vide nervum respondemus, dicendo: Qvod probant sensus
Instit: non sibi relicti, sed cum ratione conjuncti, id in dubium
Astro- non est vocandum; sub hac limitatione corruit minor;
nomin: Licet sensus sibi relicti probant hoc Meteorum, veram
Mig: esse Stellam: si tamen fuerint cum ratione conjuncti, im-
Hor- probant, impressionem qvia hanc cadentem, crassus sub-
tensi seqvitur aër, per quem oculorum acies, ad Stellam ve-
& Inst: ram nequit penetrare. Huc qvoqve maxime facit mo-
Phys: tus fiderei velocitas: ut sol tanquam sponsus, e thalamo suo
Sper- exiens, non minus unius horæ curriculo, ducentis septem
lingui millibus milliarium (ad mentem (3) plurimorum) pera-
492. grans: Ita, ut liberrime, sic celerrime reliqua in cœlo pro-
 gre-

grediuntur astra, & vel unico momento aliquot milliarium iter absolvunt, O expeditos cursores! O gigantes strenuos & fortes! Quid quælo mirum? Si & Stella, Sub qua trajectio facta, visum nostrum, illo simul momento prætervolaverit. Ad alteram vero limitando respondemus; quod probant testimonia sensuum non κατὰ τὴν δόξαν, sed καὶ ἀληθεῖαν, id non est negandum, At. Ergo. Qvod vero adductas concernit probationes, dicimus eas laborare petitionibus principii, nondum enim probatum est stellas nostras, vel micare, vel coloratas, vel igneas esse, lucidosque de se spargere igniculos. Micant namque stellæ non re, sed specie; propria enim oculorum & organorum passio, sic sœpe ipsis adscribitur rebus; vacillant & nostri in recipiendis stellarum facibus oculi, hinc illa micatio: Nec nostræ sunt Coloratæ stellæ, sed variæ lucis dispositiones, istos mentiuntur, qvos habere videntur colores: ut in Iride, purpureum, viridem & puniceum, dicimus esse colorem, quamquam non colores sed luminis tantum refractiones sunt. Ejusdem & est generis, tertia probatio; stellæ quippe nostræ, nec igneæ, nec lucidos de se spargunt igniculos, nec calor in stella, sed ab illa est; nec à stella spargitur, sed excitantur atomi igneæ, nec posset spargi, si vel maxime flammeæ naturæ essent sidera, accidens enim est, quod non migrat de subiecto in subjectum. Quid? qvot Stellæ dentur, qvas frigidas vocant; tot aqveæ essent naturæ, & atomos de se spargerent aqveas; si calidæ, vel qvas calidas vocant igneæ & atomos de se spargerent igneas. E dictis itaque cuivis oculos in calcaneo non gestanti, qvasdam Stellas esse frigidas quasdam vero calidas, non μηδὲνικῶς affective, formaliter & subjective; sed ἀνεργητικῶς, virtualiter & effective, patere nobis spes est.

§. XVI.

Verbo etiam heic ipsum tractabimus situm, beneficio cuius, satis multas in rerum natura varietates, dari videmus: Ex literis alphabeticis, quæ quibusdam ad numerum adlurgunt viginti quatuor, tot oriuntur combinationes, tot linguae, tot vocabulorum differentiarum, quod nemo unquam concipere potest: novem tantum sunt ziphrae arithmeticæ, quæ cum aliter, atque aliter, disponantur, multiplicem numerum nobis exhibere possunt. Quid? Qvod in musica toni tantum sunt septem, e quorum variis situ ac positura, plus mille cantilenæ, quarum ne una vix alteri similis, oriuntur. Ad naturalia pariter si accedamus, multo majorem in iis reperiemus varietatem, inter quæ documento nobis esse possunt, ipsa effluvia, quæ sunt corpora naturalia e terris & aquis potissimum, virtute siderum extracta, quæ si in aliam atque aliam cœli partem collacentur, aliam atque aliam nobis pariunt figuram. Et Meteora, quæ sunt effluviorum, e certo particularum situ orta, affectio; Ut si exhalatio, supremam aeris regionem occupet, ibique accendatur *fasis, capra saltantis, scintilla volantis*: Si medium, *lancea ardantis, Stelle Cadentis, fulminis*; Si infimam, *Draconis volantis, ignis fatui & ignis lambentis*, nomen obtinebit. Sic locus diversus, diversum quoque facit Meteorum; nec tamen putandum, materiam scintillæ volantis supremum, Draconis, infimum, Stellæ Cadentis, medium occupare locum, sed cum vagax & fluida haec sit, nec non celerrimæ agilitatis; ipsa quoque, per supremam ad medium, per medium ad infimam, per hanc ad terram sœpe usque, ubi in materiam viscosam & lubricam resolvuntur, detrudi genita. Cum homines non parum historiis delectantur, miram & veram quandam in oblatione-

Stationem Benevoli Lectoris historiam, cuius meminit (α) Zonaras (α) & Plurimum Reverendus Erlandus Dryselius ^{tom: 3.} Pastor & Præpositus Junecopensium in vitam Juliani A. de Ju-
postatæ (β) vel hoc loco referre plurimum conducit. Pri-tiano,
die, diem quam obiit suum Julianus, Ethnicus quidam e (β)
numero Antiochiae Purpuratorum juxta prætorium ex-Speculo
cubans, vidit congeriem Stellarum literas in hanc sen-suo Mo-
tentiam experimentem: HODIE JULIANUS IN PARSIDE OC narchi.
CIDITUR. Notato tempore, postea cognitum fuit eodem ^{co pag.}
prædicto die, Apostamat illum, misere filium vitæ abru-^{228.}
pisse. Sed cum hæc Physiologica non sunt, sola enarrati-
one, nos hac vice sumus contenti & historiae veritatem
aliis indagare relinqvamus.

§. XVII.

Omnium ultimo, ipsum Stellarum Cadentium tempus
delineandum restat, non quidem ut quæramus, an in
tempore, quod cuique notum est, sint? Tria quippe sunt
in re quavis quæ se invicem pulcherrimo sequuntur or-
dine, Essentia, Existencia & Duratio, quæ præsupponit exi-
stentiam, existentia vero essentiam, & pro varietate rerum
est varia. Alia ut loqvuntur Philosophi, est interminabilis
soliqve DEO competit, & æternitas vocatur. Alia par-
tim terminabilis, scilicet ratione principii, partim inter-
minabilis, respectu videlicet finis, & spiritibus creatis ad-
scribitur, ævumque adpellatur: Alia nullo modo intermi-
nabilis, corporibusqve naturalibus competit, & proprie-
tempus audit: Sed ut pauca de temporis adparitione &
duratione dicamus. Illud præcipue est *autumnale*, tempe-
ratum namqve tum maxime temporis est cœlum, aptum-
que colligendi & sufferendi materiam ignibus idoneam;
nec non aër ipse, autumnali maxime tempore, fulphu-

reis halitibus, e qvibus similia generantur naturæ phæno-
mena, est plenus. Et *vernus* licet non freqventer, propter
nimiam humiditatem qua tum abundat cœlum, calor
namqve materiam, ignibus concipiendis idoneam illa
anni parte elevare haud potis est: sed crassi, frigi-
ditatis, subriles caliditatis, deprimit vapores. *Hyberno*
vero raro contingunt, frigiditate enim summa, nec ex-
halationes ad tolli possunt, nec constricta frigore terra
eiusmodi emitit halitus: qvandoqve tamen brumali na-
scuntur tempore, sed dum aér remisso est frigidus, ut do-
cet experientia, *Aestivo* tandem rarissime, ut namqve fri-
giditate non ad tolluntur, sic caliditate ablumuntur cali-
dæ exhalationes, qvapropter magno gelu, & intensissi-
mo calore, vel nullæ vel qvam paucæ, existunt *Stelle Cadentes*; fieri nihilominus, & in aëre trajectiones hasce Stel-
larum æstivo generari tempore negandum plane non est:
sed noctibus frigidiusculis, & sereno tantum tempore,
minime vero nebuloso; contraria qvippe inter se pugnant.
Fiunt noctu pariter & interdiu, sed non conspicuntur
de die propter uberrimam solis lucem qua tum obscuran-
tur ignes minores, hinc Stoicorum princeps, qvæstionem

(γ) quare interdiu non transferantur (γ) proponit, & pau-
Lib. I. lo infra respondit ipse. Quid si dicam *Stellas interdiu non esse*,
Cap. I. quia non adparent: Quemadmodum & ille latent, & solis fulgo-
Q. N. re obumbrantur. Sic faces quoqve transcurrunt etiam interdiu, sed
abscondit eas diurni Luminis claritas, hinc etsi raro de die
contingunt, inficiandum non est easdem plane non acci-
dere; qvis namqve Soli & Lunæ in hæc inferiora diur-
num denegabit influxum, quo minus effluvia, qvibus po-
stea imprimuntur *Stelle Cadentes* exeant pingvia; & po-
sita sic causa, eundem poni effectum necesse est. Faciles
quidem sumus in concessu, qvod sub visum non cadunt

nostrum; verum a negatione visus, ad rem ipsam negandum firma non est seqvela. Exacte tamen adhuc rogas? Quid causæ subsit, qvod interdiu non videantur, Tum præterqvam qvod adsensum Senecæ præbemus nostrum: Lumen majus obfuscare minus; ut in candela aliqua accensa, luci solari exposita, de qua recte dicitur:

Micat nocte tantum, sed caret igne die.

Dicimus & illustratum medium, recipere speciem valentiorem, id est solis lumen, qvod sit efficacius oculorum objectum, qvocirca minorem & debiliorem speciem, qvæ est siderum lux, non qvidem sibi extincta, sed dilata per aëra non sentiri; Ita etiam hæ Stellarum træctiones propter lucis suæ inopiam, & solis copiam, non adparent, lux namque major impedit intuitum minoris. Si fides Senecæ (β) & experientiæ ipsius deroganda non sit, dicimus *discursus*, non modo interdiu contingere, (β) sed etiam nonnunquam lensu percipi, Stellarum. Lib. I. Si qvando tamen, inqviens, tanta vis emicuit, ut etiam adversus diem Cap. I. vindicare sibi suum fulgorem possint, adparent. Nostra certe atas Q. N. non simul vidit diurnas faces alias ab oriente in occidentem versus, alias ab occasu in ortum. Tempus vero durationis non annum non diem totum, non noctem non horam integrum facimus; sed momentaneum esse voluit natura, qvia sine fundamento & sede certa, in aëre sunt, sunt & oriuntur. Sic per DEI gratiam, simplicitate & brevitate, qvam maxima & summa, qvid Philosophia de STELLIS CADENTIBUS velit, vidimus, adumbravimus: qvæ ut Benevolus Lector in meliorem accipiat partem qvæsumus, & si qvid desiderat, id bonæ ejus interpretationis Cynosura, candidusque favor supplebit. Si vero alicubi erraverimus, & minus concinne (qvod haud invite agnoscamus) compositeque produxeris; Det qvælo hoc, subtili mate:

materiæ, det illud, nostræ in tam abstrusis naturæ rebus
ruditati, perpendens, nos homines, nihilque humanum a
nobis alienum esse. Tu interim Mome nos missos fac,
(γ) nec non venenatam & mordacem tuam linguam cohibe,
Lib. i. qvæ dum blanditur, mordet, dum ridet, rodit; *Qvin-*
de N. potius altius perpende illud Zabarellæ: (γ) Ea est Cœli
Celi præstantia, & nobilitas, ut vel rudis & imperfecta illius
Cap. i. cognitio, expetibilior sit, quam exquisita & perfecta ali-
arum rerum ignobilium: Fac denique quod tui juris sit,
scito autem humanum esse errare, humanum etiam,
pro perfectis imperfecta dare. TANTUM, & sit

SPIRITU infinito infinita

GLORIA.



Joveni

Natalium decore, morum castitate, & commendabili
cum Musis consortio,

Perquam Eximio & Prastantissimo,

DN. ANDREÆ UNNERO,

Amico suo per dilecto;

Cum

Dissertationem selectissimam

DE STELLIS CADENTIBUS

docte elaboratam

publice defendendo,

Ingenii felicitatem Eruditis daret probatam;

c



Φάισοι ἐμῷ Θῶκον, πρώταν τημίῳ τῷ
Αἰσλον ἡψεφῇ, δέκαιοι ἐφασαν,
Αὐτῷ επέμδον ἀπεργενέων κρείτενος
Αἴδησσα ἄητα θάυτὰ φαινόμενα;

Καὶ πλυτήμων δὴ παρεῖας καιρουνὸς.

Ἐμφανέας σὸν συφεῖς μετέωρον ἀπροειδέας,

Εξ ἀρ' ὑπερθεν μῆδ', ἐμφασιν ἀνταρ ἔχον,

Κ' αἰδαλοέστοις ἀνγῆς πολλῶν νόον ἐξαπατόσον

Οὐ δὲ διον μελέτην στέο τῷ ἐξαπατᾶν.

congratulabatur

N. FRIEDELINUS.

DN. ANDREÆ UNNERI,

Amici & Conterranei sui sincerè dilecti,

Dissertationem de STELLA CADENTE, doctè & concinne
elaboratam.

MAgna hercule ingenii vis est rutilantia Mundi,
Noscere per causas, sidera rite suas.
Certe erit ingenii vis, & res plena laboris
Mente remota poli Corpora percipere:
Quæ sunt ante pedes perpauci inquirere quimus;
Vilia namque patent, maxima sape latent.
Ast labor hicce homini parvum vix conciliebit,
Lætitiae segetem & pabula grata animo:
Sic opus egregium est, Conatus laudeque dignus,
STELLARUM effigies, emphaticas faculas,
Quæ nobis speciem præbent ex axe CADENTIS
Sideris, ad causas scire referre suas.
Hæ quamvis careant, qua apparent, indole, nostros
Ludificentque oculos; Entia vera tamen
Sunt, quæ sic ardent cum fumum in nube volantem
Aëris aceendit motio sulphureum.
Unde & præmonstrant astra hæc volitantia cœli
Immitem faciem turbinis & furias,
Quæ tu publicitus monstras mi Candide UNERE
Fusius hæc tradens pervigili ingenio:
Gaudeat ergo sibi pater & gratentur Amici,
Ex animo pariter gratulor ipse Tibi!
Perge bonis avibus, Dominus tua Coepa secundet,
Sic Te, crede, manet laus honor atque decus!

Hæc amico affectu gratula-
bundus adposuit
Joh. Wickelgreen.